481

G. Vicarii Janei loci huius Lucru

Super Citatione Literali Castren Capitanealis Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Stocon Lesnowolski Branscen Capitaneus Generoso Georgio Christophero olim Theophili Rudzinski (?) filio heredi Bielsca (?) fecit in Dubicze haeredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali autoritate mandamus ut in termino Quarteriali ac Causarum officii Capitanealis Castren in Curia Regia Branscen Feria secunda post datam praesentium citationis proxime celebrando personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Generosi Joannis Casimiri Zuba (?) Viceraphei (?) Castren Branscen in Lubino (?) Bodaki haeredis petitionis Qui te citat ad inscriptionem Castren Branscen mediante qua submisisti et inscripsisti certi veri et liquidi debiti mutualis pecuniae summam sexcentorum florenorum polonicalium pro tempore certo iam dudum praeterito solvere et restituere cuius inscriptioni contraveniens vel vadium in eadem appositum metiendo summam praefatam non persolvisti per quod vadium simili summae sexcentorum florenorum polonicalium succubuisti ad quod decernendum una cum solutione summae principalis realis citaris Quidve sis responsurus ac terminum attentaturus Datum in Curia Regia Branscen Feria secunda post Dominicam feminis (?) fere Quadragesimae proxima Anno Domini millesimo sexcentesimo Quinquagesimo primo Cuius Citationis Copiam sigillatam Ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Drosecki (?) ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis Dubicze citato propriis posuisse se et posuisse recognovit memorata parte actorea sigillata scriptura parte autem actorea ad Officium praesens Castren Branscen per ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Drosecki (?) mediante clamasse et non comparentem in Successo suo protocolo ex Regestri ordine ac admissione officii praesens Judicium condemnavit.

Sokolowska Wiekuszowa (?) Lucru

Super Citatione Literalem Castren Capitanealis Branscen tenoris talis Franciscus Joannes in Stocon Lesnowolski Branscen Capitaneus Nobili Pawlo Lepiczki (?) Kraszewski (?) de Kraszewo magna haeredi ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali authoritate mandamus ut coram officio nostro Castren Branscen in termino Quarteriali ac Causarum officii Capitanealis Castren Branscen Feria secunda post datam praesentis Citationis proxime celebrando personaliter et peremptorie compareas ad instantiam Nobilis Dorotheae Sokolowska relictae olim Nobilis Venceslai Dziekan (?) de Piekuty (?) Urbanii haeredum actricis Quae te citat pro Quia tu in contrarium Jurium et libertatum Regni quibus thelonea in pactatis pridem sunt sublata cum pus et ab eadem actrice in Via libera bonorum Dziekuli (?) Urbanij vestem nigram domestici laboris valoris trium florenorum polonicalium securim valoris duorum florenorum polonicalium et Vidla Zelazne valoris duodecim grossorum polonicalium in bonis Summidem (?) invasisti et in vestiti thelonei recipere et exigere prout defacto recepisti et exegisti per quod poenam Mille Marcarum pro Suculum (?) isti ad quam decernendam una cum restitutione exacti thelonei citaris Quidve sis responsurus Datum in Curia Regia Branscen feria sexta post Dominicam Reminiscere Quadragesimae Anno Domini 1651 Cuius Citationis Copiam sigillatam ministerialis Regni Generalis Nobilis Benedictus Drosecki ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis Kraszewo (?) Lackie (?) citato propriis posuisse recognovit ad officium praesens videlicet supra.